



Quæstionum, Et Resolutionvm Legalium Libri Duo

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, 1683

Cap. LXVIII. Quando numerus canonicorum Ecclesiæ Collegiatæ augetur mediante nova fundatione, utrùm Canonici antiquæ fundationis cogantur novos admittere, cum iisdem conditionibus in nova fundatione ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98367](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98367)

Quæst. & Resol. benefic. Cap. LXVIII. i i i

rabilis persona aliorum dominorum, qui illi animalia pascenda tradiderunt; sed ejus portio tota; (separatim tamen ab omnibus aliis portionibus dominicalibus) consideranda est: ex traditis in l. per hanc, & l. seq. ff. de rei vendicat.

19 Denique ad id quod quæsitum fuit, utrum animalia unius anni possint conjungi cum animalibus alterius anni sequentis, ad numerandam decimam, veluti si hoc anno fuerint quindecim, & anno sequenti sex; utrum ex illis confici possit vigesima primus numerus ad supputandam, & exigendam decimam? Respondetur negative, quia quot sunt anni, tot sunt decimationes; & quot sunt decimationes, tot sunt diversæ numerationes; adeo ut multi existimaverint, decimas uno anno non petitas, peti non posse anno tunc sequenti. Codex Fabrian. lib. 1. tit. 2. dist. 7. 66. de cujus tamen decisionis veritate tunc non agemus; sufficiat indicare contrarium tenuisse Borell. in summa decis. part. 1. tit. 19. num. 28. ea ratione, quia parochiani tenentur decimas deferre, aut illas absque interpellatione solvere; ergo non solvendo, cum sint in mora, quomodo potest imputari negligentia Parochi non exigentis. Existimo tamen non posse conjungi numerum animalium unius anni, cum animalibus alterius, ob rationem supradictam.



CAPUT LXVIII.

Quando numerus canonicorum Ecclesiæ collegiatæ augetur mediante nova fundatione, utrum canonici antiquæ fundationis cogantur novos admittere, cum iisdem conditionibus in nova fundatione contentis; an vero alias adjicere possint. In quibus participare debeant canonici ejusdem fundationis de novo recepti. In quibus juribus, & emolumentis capituli concurrant cum antiquis; veluti in laudemis, distributionibus non antea divisis, mortuariis, & similibus.

SUMMARIUM.

- 1 Capitulum, cum auctoritate Episcopi, statuere potest circa res sua Ecclesiæ.
- 2 Quando agitur de iis quæ ad solos canonicos spectant, canonici statuere possunt.
- 3 Quando cura pertinet ad capitulum, potest super illius exercitio fieri statutum, aut deliberatio per capitulum.
- 4 Multo magis valet statutum capituli, per quod ad jus antiquum reditur.
- 5 In omnibus statutum Ecclesiæ concernentibus, potest statutum fieri à capitulo.
- 6 Commutatio ultima voluntatis non potest fieri sine assensu sedis Apostolicæ.
- 7 Episcopus ne quidem cum consensu parvoni, pias fundatorum voluntates commutare potest.
- 8 Quando agitur de fundatione nondum executioni demandata, Episcopus potest fundatoris voluntatem alterare.
- 9 Quando non tractatur de præjudicio alicujus, facilius Episcopus potest alterare voluntatem fundatoris.

Tom. I. Pars I.

datoris. Ampliatur, ut procedat etiam in ejus Vicario generali, num. 10.

- 11 Episcopus non potest fundatorum voluntates alterare sine causa; secus si iusta adsit causa.
- 12 Fundatoris voluntas facilius commutatur in accidentalibus, seu potius alteratur.
- 13 Superveniente nova fundatio, si canonici antiqui protestentur, non fiet præjudicium ipsorum distributionibus & emolumentis.
- 14 Canonici novæ fundationis participant, etiam reventibus antiquis; in obventionibus mortuariorum, & similibus, in quibus nihil minuitur de juribus antiquorum.
- 15 Canonici novæ fundationis participant de mortuariis capituli post eorum receptionem relictis: quamvis admitti sint cum clausula, sine præjudicio antiquorum.
- 16 Fructus distribui debent aequaliter distribui inter canonicos ejusdem fundationis, quamvis eorum nulli recentior sint ad capitulum admissi. Intellige ut num. 19. & 20.
- 17 Eademque ratione isti novi canonici tenentur ad onera capituli concurrere.
- 18 Capitulum idem semper manet, ideo debita & credita capituli debentur per canonicos de novo venientes, uti subrogatos in locum antiquorum.
- 19 Fructus consistentes in massa grossa, dicuntur fructus capituli, non singulorum.
- 20 Laudemium conventum, & non solum, si deinde solvatur tempore admissionis novi canonici, iste de novo receptus participabit cum antiquis.
- 21 Emolumenta antiquarum fundationum non possunt à canonicis auferri per novam fundationem, nisi de antiquorum consensu.
- 22 Dismembrata cura ab uno capitulo, & alteri Ecclesiæ applicata, non propterea jus exigendi decimas, quod tali capitulo competeat, cessat, sed transfertur in Ecclesiam, cui cura concessa fuit.

Fundata quondam fuerat parochialis, & collegiata Ecclesia, reservato jure patronatus laicali capitulo, & operariis, ac certæ confraternitatis Rectoribus. Successu temporis mulier quædam in augmentum cultus divini duos alios fundavit ejusdem Ecclesiæ canonicos, sub eodem jure patronatus, ea lege, ut isti duo canonici perpetuam curam animarum exercerent sub salario consueto, & sub aliis conditionibus in ejus ultima voluntate contentis. Capitulum fundationem quidem acceptavit, sed novis adjectis oneribus, veluti quod isti novi canonici perpetuam curam exercerent sub salario decem feutorum, & quod quoties unus ex canonicatibus tam novis, quam antiquis vacabit per obitum, ille qui canonicatum obtinebit per obitum tantum vacantem, teneatur exercere dictam animarum curam; quæ quidem acceptatio cum conditionibus & qualitatibus in ea contentis, fuit auctoritate Archiepiscopali roborata.

Unde quæsitum fuit, utrum capitulum cum auctoritate Archiepiscopi, potuerit talem acceptationem faciendo, novas & à mente fundatricis alienas adjicere condiciones.

Pro cujus quæstionis resolutione considerandum in primis; † quod capitulum cum auctoritate Episcopi statuere potest circa res suæ Ecclesiæ: Glor. in capit. 2. in verb. statutum, de verbor. signif. DD. in capit. cum omnes, de confirm. & in capit.

K 2 cap.

cap. cum accessissent, num. 9. eod. tit. Abbas in cap. 1. num. 14. de his quæ sunt à majori parte capituli, &

2 Quod potissimum locum habet, quando agitur de iis quæ ad solos canonicos spectant; & dum de ipsorum duntaxat præjudicio agitur. Seraph. decis. 707. num. 4. Ideo cum hoc casu cura animarum spectet ad

3 à fundatore demandata: & sequitur potuisse canonicos, in iis quæ pertinent ad administrationem, &

exercitium curæ, & ad formam & modum illam exercendi, conclusionem & statutum facere, Archie-

piscopo auctoritatem præstante. Ludovif. decis. 66. num. 11. vel ex eo potissimum, quod per hujusmodi

conclusionem, & acceptationem, nullum novum onus impositum fuit canonicis, seu novæ, seu

antiquæ foundationis: non quidem antiquis, quia cum antiqui curam animarum haberent, saltem in

universum; excusserunt istud jugum, & illud canonicis per obitum ultimo loco recipiendis imposue-

runt: nec similiter novis canonicis, recentique fundatis aliquod onus fuit impositum; quia cum

ex fundatione curam perpetuo exercere tenerentur, ab ea tamen per adventum canonicorum per obitum

impetrantium liberantur; siue novi isti possessores per obitum obtinentes, sint ex nova, siue ex

antiqua fundacione: nullum ergo novum onus canonicis imponitur, sed illud quod prius inerat mo-

4 dificatur. & Ideo facilius capitulum conclusionem illam seu statutum facere potuit, per quod antiquus Ecclesiæ status retinetur, vel ad illum reditur: Rot.

decis. 375. num. 2. part. 2. recent. Addent. ad Ludovif. decis. 175. n. 5. & Et generaliter quod capitulum cum

5 auctoritate Episcopi, statuta condere possit in iis omnibus, quæ statum Ecclesiæ concernunt, tradit Rot. decis. 21. num. 2. part. 2. recent.

6 Neque obstat Clem. quia contingit, de relig. domib. ubi disponitur, fieri non posse commutationem ultimi

7 de reformat. in fin. & ita ut Episcopus, nequidem accedente Patroni consensu, derogare possit qualita-

tibus in fundacione apposis: prout declaravit sacra Congregatio Concilii interpretum, teste Nicol. Garc. de benef. part. 7. cap. 1. num. 112.

8 Quia responderetur objectionem procedere posse, si ageretur de voluntate testatoris & fundatoris, jam

9 executioni demandata; secus est dum versamur in ipso limine fundacionis, & capitulum illam acceptare

10 recusat, nisi sub certis modificationibus: sanè hoc casu Episcopus approbare potest modificationes à

capitulo desideratas, ac propositas; & super illis auctoritatem suam interponere, ex traditis per Rot.

11 decis. 1122. lib. 3. part. 3. divers. & Præsertim cum qualitates & modificationes adjæctæ non tendant in

præjudicium alicujus tertie personæ: Sannient. lib. 1. select. interp. cap. 8. num. 24. Ricc. collect. 558. versic.

12 secunda causa, & ubi addit, non solum Episcopum, verum etiam illius vicarium generalem, hujusmodi

voluntatem fundatoris nondum executioni demandatam alterare posse.

13 Præterea verum quidem est, Episcopum ultimas fundatorum voluntates alterare non posse, nullâ

substante causâ; secus si id fiat ex justa aliqua, & legitima causâ, ut patet ex dispositione Concilii Tri-

14 dent. sess. 22. cap. 6. ubi dicitur Episcopum ex causâ quæ suo arbitrio justa videatur, alterare posse pias

defunctorum voluntates: & tradit Maceratens. lib. 1. v. resol. cap. ult. casu 40. in fin. Barbol. de offic. & potest. Episcop. alleg. 83. num. 5.

Hic autem iustissima aderat causa, nempe consen-

sus totius capituli, & requisitio canonicorum utriusque fundacionis, de quorum interesse agebatur: concurrebat antiqua fundatio, quæ curam animarum canonicis tribuebat: concurrebat etiam nova, quæ canonicos suos eodem onere gravabat. Optime igitur actum est, ut capitulum semper curæ præminentiâ obtineret; illius verò exercitium, quod omnibus canonicis demandatum erat, per solos canonicos utriusque fundacionis, ultimo loco per obitum impetrantes, fieri deberet.

Rursus non agebatur de commutanda dispositio- nis fundatricis substantia, sed de alterandis duntaxat illius qualitatibus accidentalibus: quod fieri potest auctoritate Episcopi interveniente. Mohed. de off. de jure patronat. Ricc. collect. 1270. in 2. limit. part. 4. Moneta de commut. ult. voluntat. cap. 5. num. 336. Atque ita conciliandæ sunt variæ Doctorum conclusiones, & jura quæ invicem contraria videntur, ut Episcopus ultimas pias voluntates alterare possit, mutare non possit: Mohedan. dict. a decis. 1. de jure patron. videndus de materia Barbol. in tract. de Episcop. alleg. 83. num. 1. & seq.

Denique quia verum est de jure, quod quandoque in mero canonicorum augeatur, canonici novæ fundacionis non debent lucrari distributiones quotidianas, de communi massa capituli, quando canonici primæ & antiquæ fundacionis in limine receptionis novorum, protestati sunt quod novos admittentes sine præjudicio iurium suorum, ut dicit Castrenf. decis. 170. num. 1. lib. 1. versic. hæc omnia: Rationem addens, quia antiqui canonici de adjunctione novorum non debent tristari & dolere, ne pro laudibus decantandis canant illud: Multiplicasti gentem, & non magnificasti laudem, & ne retrahantur ipsi à vivis, quia durius est illis perdere de eo quod recipere consueverunt, quam pro novis nihil recipere unde novi canonici qui ex mera voluntate veterum recepti sunt, non habent quod conquærantur: ut dicit Castrenf. loco citato. & multum acquiescit ad vi, dum admittuntur ad lucrum mortuorum, & pecuniarum quæ distribuuntur singulis, absque damno & diminutione antiquorum. Tusch. litter. D. conclus. 514. num. 12. & 13. & 14. tamen novi isti canonici etiam sine præjudicio veterum admissi, licet non participant de mortuorum præteritis relictis capitulo; tamen participare debent de mortuariis futuris capitulo relictis, quia ipsi sunt de capitulo: & licet fiat in hoc aliquod præjudicium antiquis, quia aliquid minus præcipuum, tamen jus publicum privato præferendum est. Ita tradit Tusch. loco citato, post Castrenf. d. consil. 170. ad 2. versic. super secundo, & per totum. Hæc de canonici novæ fundacionis.

Fructus autem non distributi annis elapsis, distribuendi sunt inter antiquos canonicos, seu illorum hæredes; an verò inter novos, quamvis sint canonici ejusdem fundacionis, disputatum fuit. Resolutio est, non esse fructus illos inter antiquos sed inter novos canonicos distribuendos. Quia si canonici novi tenentur ad onera, ita etiam canonici menta quæ debentur capitulo, non exacta, debentur novis canonicis per modum distributionis, quod non fuerunt exacta tempore canonicorum prætorum, etiam si tempus illorum respiciant, quia de-regularibus canonicis non sunt debita, sed ipsi capitulo: ita tradit Calderin. consil. 21. de pias voluntat. alias 242. & ubi dicit, quod eadem ratione canonici novi tenentur ad onera quæ imponuntur capitulis, etiam si præteriti respiciant. Sequitur Carr. Tusch. litt. O. conclus. 130. n. 11. & 12. & Ratio est, quia debentur



CAPUT LXIX.

Utrum assequenti beneficium incompatibile, quod postea evincitur, liceat redire ad primum beneficium dimissum, vel animo pinguioris obtinendi simpliciter resignatum. Regressus quando, & qua de causa concedi soleat in beneficiis Gallie. Quando datur regressus, utrum liceat illum exercere propria auctoritate. Quæ sit differentia inter dimissionem, & resignationem. De duplici simonia, nempe vera, & interpretativa, & de utriusque effectu. Permutatione non sortita effectum, utrum liceat, maxime in Gallia, redire ad priora beneficia, sine nova collatione. Et quomodo probetur facta collatio. Et quando res non dicatur intergra hoc casu.

S U M M A R I U M.

- 1 Secuta evictione beneficii incompatibilis dimissi, licet redire ad primum beneficium.
- 2 Regressus datur ad primum beneficium evictum, etiam post possessionem secundi per mensem.
- 3 Decretum de dimittendo intelligitur post duos menses à die pacifica possessionis.
- 4 Evicto secundo beneficio, qui vult ad primum redire, debet id facere sine mora.
- 5 Redire volenti ad primum beneficium, evicto secundo, competunt remedia possessoria.
- 6 Dimissio debet esse simplex, & non in favorem alterius; alias non suffragatur.
- 7 Dataria quandoque solet obtinentibus incompatible resignationem primi in favorem permittere, illamque admittere.
- 8 Dimissionis, & resignationis differentia.
- 9 Dimissionis jus pendet à futuro eventu.
- 10 Forma simplicis dimissionis beneficii, quamvis sit.
- 11 Regressus ob non solutionem pensionis sublatos esse in Gallia, quidam existimant.
- 12 Regressus ob primum incompatible, evicto secundo beneficio, non denegatur in Gallia.
- 13 Regressus in multis casibus admittuntur in Gallia, & primo in casu permutationis.
- 14 Secundo si resignatarius licitas condiciones non adimpleat, veluti ob non solutionem pensionis: contra aliorum sententiam num. 11. allatam. Ampliatur num. 15. etiam si ageretur contra successorem beneficii. Conciliantur hæc dua opiniones, num. 16.
- 15 Tacite semper in Gallia reservatus censetur regressus, ob non solutam pensionem.
- 16 Regressus datur in Gallia, quando resignatio in favorem non fuit sortita effectum.
- 17 Possessionis beneficii dimissio pendet ab animo resignantis.
- 18 Resignatarius in favorem, si moriatur ante ipsam possessionem, resignans non amittit beneficium, nec illius possessionem, etiam in Gallia.
- 19 Regressus datur graduatis nominatis, si beneficium

vel credita quæ sunt capituli, nec respiciunt particulares personas canonicorum, etiam si novi accesserint, debentur semper capitulo, quod non mutatur; ideo distribuuntur inter canonicos tempore solutionis, vel exactionis existentes: Gonzal. ad reg. 8. glos. 37. num. 26. & 27. Nicol. Garc. de benefic. part. 3. cap. 2. num. 429. Idque quatenus tunc tales canonici sint de capitulo, ut post Calderin. loc. citato, dicitur.
 19 Rota decis. 322. num. 9. part. 4. recent. tom. 2. Quod intelligendum est de distributionibus quæ consistunt in massa grossa, quia si canonicus moriatur ante illarum divisionem factam, non acquiritur illius hæreditibus; sed accrescunt capitulo, & dividuntur inter Canonicos tempore divisionis existentes; quia non sunt singularium personarum, sed capituli: ut post Calderin. dist. consil. 21. de prebend. decidit Rota decis. 576. num. 29. & 30. part. 4. recent. tom. 3. Cui non est ab simile quod tradit Sord. consil. 84. quem sequitur, licet corrupte in meo libro alleget Burg. de laudem. part. 1. in pest. 7. num. 27. Quod si inter capitulum, & emphyteutam, fuerit conventum super laudemio solvendo: si novus recipiatur canonicus ante solutionem, hic participabit de laudemio: quia inspicitur tempus solutionis, & agitur de summa debita capitulo: unde omnes qui tempore solutionis sunt de capitulo, partem habere debent.

Imò novi canonici, quamvis ex nova fundatione capitulo adjuncti, dum simpliciter admissi fuerint ad omnia emolumenta, non habent quod conquirentur: quia participabunt non solum de mortuis, sed etiam de omnibus capitulo relictiis, aut capitulo debitis, & non distributis: cum antiqui canonici nullam de his protestationem facere voluerint, sed eos omnium jurium capitularium participes fecerint: quo casu, omnia debita capituli inter ipsos, & alios dividenda sunt, ob jura, & rationes prædictas. Quæ licet loquantur de canonicis ejusdem fundationis, in locum mortuorum subrogatis; tamen eadem ratione procedunt in istis canonicis de novo fundatis, & ad omnia jura capitularia sine protestatione indistinctè admissis.

Non possunt ergo novi canonici antiquorum consensu uti, & in vim illius participare de emolumentis capituli, nisi illum acceptent cum suis qualitatibus: l. post legatum. ff. de his quib. us indig. quia agens ex actu reciproco, tenetur implere pro parte sua etiam in minimo, l. cum proponas 21. & ibi Glos. & DD. Cod. de pact. Ergo si novi canonici non observent condiciones, sub quibus ab antiquis admissi fuerunt, non tenebuntur eos antiqui participes facere emolumentorum provenientium ex antiquis fundationibus, quæ ab eis sine ipsorum consensu auferri non possunt; cum jam effecta fuerint de mensa ipsorum: prout bene explicat Gratian. d. dist. 867. num. 37. & seq. Ratio est, quia per quamcunque concessionem, non censetur derogatum juri alteri jam quæsito, ut ad alium sine ejus consensu transferatur: unde fuit aliàs decisum in Rota, quod licet cura animarum fuisset dismembrata ab Ecclesia Sancti Juliani, & applicata Ecclesie Sancti Ambrosii; tamen decimæ quæ spectabant ad canonicos Sancti Juliani, non censentur illis ablatæ, stante expressa reservatione jurium dicti capituli, ut in decis. 419. num. 3. part. 1. recent. ergo eadem ratione, si canonici antiqui non consentiunt novæ huic erectioni, jura antiqua capituli apud eos remanebunt; non consentiebant autem, nisi novi canonici observarent condiciones sub quibus consensus præstitus fuerat, ut mox dictum fuit.